Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Theodoti Ancyrae episcopi homilia, Ephesi contra Nestorium habita, in die sancti Ioannis euangelistae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

Visual Library

THEODOTI ANCYRÆ epiſcopi homilia, Epheſi contra Neſtorium habita, in die ſancti Ioannis euangeliſtæ.

CAP. XII. QVOD corporibus noſtris eſt medicus, hoc animabus eſt ſacerdos. Etenim quia animi morbus eſt error, qui inueteratus mortis ſupplicium inducit; Spiritus ſancti gratia animarum medicinã ſacerdotium inſtituit, membrumque morbo correptum excidi curauit: non quod illud negligeret, ſed reliquis membris conſultum cupiens, (cum enim continens illa tabes, prauæ corruptionis incrementa paulatim generaret) membrum putridum præcidendum exiſtimauit, quo vitium exſcinderet. Eſtque hæc curandi ratio non crudelitas, ſed medicina. Sane medicus flens mẽbrum præſcindit, verum dum non parcit, ipſam ſectionem in medicinam conuertit. Neque genus hoc medendi nouum eſt, ſed antiquum, & iam inde ab initio vſurpatum. Hac enim ratione ſancti patres venerandam hanc eccleſiam curarũt & conſeruarunt. Obtinet ſacerdos quoque gladium, non vt lædat, ſed vt medelam afferat. Atque hoc ipſum olim ſuperna gratia inſinuans Ieremiæ indicauit, di-

Ierem. 1. cẽs: *Conſtitui te hodie ſuper regna & gentes, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & reædifices, & plãtes.* Neq; enim pietas inſeritur, niſi malitia ante fuerit extirpata. Par eſt vtique primo rigare, culturæ induſtria vti, pietatis ſermonem adhibere, & omne denique medicamenti genus applicare.

ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ *Ἀγκυρῶν ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ πρὸς Νεστόριον, ἐν ἡμέρᾳ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ. (*Ἀγκύρας)

ΟΠΕΡ ἐστὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἰατρός, τοῦτο ταῖς ψυχαῖς ἱερεύς. ἐπειδὴ γὰρ νόσημα ψυχῶν ἐστιν ἡ πλάνη, καὶ χρονίζουσα θάνατον τὸν τῆς τιμωρίας *ἐπήγαγεν, ᾠκονόμησεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις *ἰατρείαν ψυχῆς, τὴν ἱερωσύνην τὴν ἁγίαν· καὶ τὸ *προσληφθὲν τῷ πάθει μέλος ἐξέκοψεν. οὐκ ἐκείνου ἀφειδῶν, ἀλλὰ τῶν λοιπῶν μελῶν φειδόμενος. ἐπειδὴ γὰρ τὸ συνεχὲς τῆς σήψεως τῆς σαθρᾶς μετάδοσιν ἐργάζεται τῆς κακίας, ἐκτέμνει τὸ μέλος, ἵνα ἀποτέμῃ τὴν κακίαν. καὶ ἔστι τὸ εἶδος τοῦτο οὐκ ὠμότης, ἀλλὰ θεραπεία. δακρύων μὲν γὰρ ὁ ἰατρὸς ἐκτέμνει τὸ μέλος· ἀλλ' ἀφειδῶν, τὴν τμῆσιν θεραπείαν εἰργάσατο. ἀρχαῖον τοῦτο τῆς θεραπείας τὸ εἶδος ἐστὶ καὶ ἄνωθεν· οὕτως οἱ ἅγιοι ἐπεμελήθησαν τῆς *πανσέμνου ταύτης ἐκκλησίας· ἔχει γὰρ ὁ ἱερεὺς καὶ ξίφος, οὐχ ἵνα κακώσῃ, ἀλλ' ἵνα θεραπεύσῃ. καὶ τοῦτο δηλοῦσα ἄνωθεν ἡ χάρις πρότερον τῷ Ἱερεμίᾳ ἐμήνυσε, λέγουσα· κατέστησά σε σήμερον ἐπὶ βασιλείας, καὶ ἔθνη, ἐκριζοῦν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἀπολλύειν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν. οὐ φυτεύεται γὰρ εὐσέβεια, μὴ ἐκκοπείσης κακίας. εὔλογον μὲν πρότερον ἀρδεύειν, ἐπιμελείᾳ γεωργικῇ χρῆσθαι, λόγοις *προσάγειν εὐσεβείας, ἐπιμέλειαν παντοίαν προσάγειν τῷ μέλει.

(*ἐπῆγε, *θεραπείαν ψυχῶν, *ἴσ. συλληφθὲν, *[illegible], *προσφέρειν)

ANNO CHRISTI 431.

εἰ δὲ ἡ κακία κρείττων γένοιτο τῆς ἐπιμελείας, ἡ ἐκκοπὴ ἴαμα τῶν οὕτω διακειμένων ἐστί. πῶς γὰρ ἄν τις ἐπιμελήσαιτο τῶν οὕτω διακειμένων; τῶν ὀνειδιζόντων θεῷ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τὴν χάριν ἐν μέρει ὀνείδους ποιουμένων; τί λέγεις; εἰπέ· θεόν, φησίν, οὐ λέγω πεπονθέναι. εἰ μὲν πρὸς τὴν φύσιν βλέπεις, καλῶς ὁρᾷς· εἰ δὲ παντελῶς ἀναιρεῖς τὸ πάθος, ἀρνῇ τὴν οἰκονομίαν. μὴ γὰρ ὀνειδίσῃς θεῷ παθόντι, ἀλλὰ τῶν παθημάτων βλέπε τὰ κατορθώματα. εἰς εὐτέλειαν κατέβη θεός, οὐ μειωθεὶς τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν χάριν δωρούμενος. ἔμεινεν ὃ ἦν, προσέλαβεν ὃ οὐκ ἦν. ἔμεινε θεὸς διὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν· γέγονεν ὅπερ σὺ διὰ τὴν περὶ σὲ φιλανθρωπίαν. μὴ οὖν τὸ εἶδος τῆς ἐπιμελείας ὕβριν νομίσῃς· μὴ ὀνειδίσῃς τῷ ἰατρῷ, εἰ ἐν εὐτελείᾳ σώματος τὴν ὑγίειαν εἰργάσατο, οὐ γὰρ ὕβρις ἐστὶν ἡ εὐτέλεια, ἀλλὰ δεῖγμα φιλανθρωπίας. κατέβη πρὸς σέ, οὐχ ἵνα μείνῃ κάτω, ἀλλ᾽ ἵνα σε πρὸς ἑαυτὸν ἀναγάγῃ. μὴ ἀρνήσῃ τὴν κατάβασιν, ἵνα μὴ ἀπολέσῃς τὴν *ἀνάβασιν. δέξαι τὴν ὕβριν, τὴν σὴν δόξαν γεννήσασαν. οὐχ ὕβρισται φύσις, ἀλλ᾽ ἡ χάρις δωρεῖται σοι τὰ ἀγαθά. διὰ σὲ τὸν ὑβρισμένον οἰκέτην ὁ δεσπότης ὑβρίζεται. τὰ σὰ ἀνέλαβεν, ἐπειδὴ σὺ τὰ ἐκείνου κατέλιπες. ἀπεδράσαμεν ἡμεῖς ἀγαθοῦ δεσπότου· οὐκ ἠνέγκαμεν τὴν παρὰ τοῦ δεσπότου δεδομένην χάριν.

* ἄνοδον.

Verum ſi tabes maior fuerit, quam vt curationem admittat, tunc demum membrorum ita affectorum ſectio eſt medicina. Qua enim ratione quiſpiam ei medeatur, qui ita comparatus eſt, vt Deo humanæ naturæ conditiones probro vertat, beneficiumque contumeliæ loco ducat? Quid dicis? reſponde. Deum, inquit, paſſum non dico. Sane ſi ad deitatis naturam ſpectes, non erras: ſin vero perpeſſionem ſimpliciter illi adimas, diſpenſationem pernegas. Ne ergo perpeſſiones Deo improperes, ſed perpeſſionum vtilitatem inſpicias. In humilitatem Deus ſeſe demiſit, nullam ſecundum propriam naturam perpeſſus diminutionem, ſed hanc nobis gratiam faciens. Hoc quod erat permanens, aſſumpſit quod non erat. Deus eſſe non deſtitit propter propriam naturam: quod autem tu es, id factus eſt ille ob ſuam in te benignitatem. Ne igitur curationis modum in contumeliam vertas; neque improperes medico, ſi in corporis humilitate conſtitutus, tuam operatus eſt ſanitatem. Non eſt illa humilitas probri loco, ſed humanitatis argumentum. Deſcendit ad te, non vt in inferioribus hæreat, ſed vt te ad ſeipſum ſubuehat. Ne inficieris deſcenſum, vt non amittas aſcenſum: amplectere contumeliam, quæ tuam peperit gloriam. Diuinitatis natura nullam ignominiam eſt perpeſſa; gratia autem tibi contulit beneficia. Propter te ſeruum ignominiam promeritum, ignominia afficitur dominus. Quæ tua ſunt ille aſſumpſit, quoniam tu quæ illius erant deſerueras. Nos a pio domino aufugimus, gratiamque ab eodem oblatam non tulimus.

Anno Christi 431.

Ad vſum delicias paradiſi acceperamus; ſed legem violantes, nec non in legiſlatorem præuaricantes & hoſti morem gerentes, ex honore excidimus. In terreſtri hoc loco degebat ille fugitiuus, neque oculos ad dominum ſubleuabat, voluptatis ſenſus deorſum merſum tenebat, ipſa vis peccati vinctum habebat fugitiuum; deſperabat poſſe fieri, vt humana mens Deum ſuſpiceret. Quid ergo? Numquid mea tarditas Deum pulcerrimæ huius poſſeſſionis, quæ homo eſt, iactura afficiet? Abſit. nequaquam enim id vniuerſorum Deus eſt paſſus. Nefas enim erat, vt inuidia gratiam Domini ſuperaret: ſed neque decebat, vt Dei donum inſidiis diaboli deuictum cederet. Quid igitur dominus facit? Venit ad fugitiuũ. ſeruus enim ad ipſum venire non poterat. Accedit ad ſeruum non maieſtate herili, non angelorum ſatellitia præmittens, non archangelorum phalangas ciens, nõ igneos globos vibrans, non elementa concutiens; (hoc enim erat, facere vt fugitiuus dominum aduenientem fugitaret) ſed ita accedit, vt fugitiuum capiat, propriamque poſſeſſionem recuperet. Non enim per viſibilem ſpeciem illum abigit; ſed perſonæ humilitate ad familiaritatem & amicitiam prouocat; efficitur conſeruus, vt dominus * declareris. Propter hoc enim magnus ille Apoſtolus dicit: *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu.* Ieſum hic vocat. Dic quæſo, quale nomen mater infanti indidit? *Vocabis*, inquit, *nomen eius Jeſum.* Vbi

* declaretur.

Philipp. 2.

Luc. 1.

πρὸς χρείαν τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ παραδείσου ἐλάβομεν. τὸν νόμον παρεϱώσαμεν· τὸν νομοθέτην παρέβημεν· τῷ ἐχθρῷ ἐπειθόμεθα· * ἐξεπέσαμεν τῆς τιμῆς· εἰς τὸν περίγειον τόπον τοῦτον ὁ δραπέτης διῆγεν· οὐκ * ἀνένευσε πρὸς τὸν δεσπότην· ἡ ἡδονὴ κάτω κατεῖχε τὸν φυγάδα· ἡ ἁμαρτία δεσμώτην εἶχε τὸν δραπέτην· ἀπέγνω τῆς ἡμετέρας διανοίας, ὡς οὐ δυναμένης ἀνανεῦσαι πρὸς τὸν θεόν. τί οὖν; ἡ ἐμὴ βραδύτης ζημιώσει θεὸν τὸ κάλλιστον κτῆμα τὸν ἄνθρωπον; ἀλλ' οὐκ ἠνέσχετο * τούτων ὁ τῶν ὅλων θεός. οὐδὲ γὰρ ἔδει, φθόνον κρατεῖν δεσποτικῆς χάριτος· οὐδὲ τὴν τοῦ θεοῦ δωρεὰν ἔδει νικᾶσθαι ὑπὸ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ διαβόλου. τί οὖν ὁ δεσπότης ποιεῖ; παραγίνεται πρὸς τὸν δραπέτην. ὁ γὰρ δοῦλος πρὸς ἐκεῖνον ἐλθεῖν οὐκ ἠδύνατο. παραγίνεται πρὸς τὸν οἰκέτην, οὐκ ἐν ἀξιώματι δεσποτικῷ· οὐκ ἀγγέλων δορυφορίαν προαποστέλλων· οὐκ ἀρχαγγέλων κινῶν τὰς φάλαγγας· οὐ πῦρ κινῶν· οὐ στοιχεῖα σαλεύων· τοῦτο γὰρ ἦν φυγάδα ποιῆσαι τὸν δραπέτην· ἀλλὰ παραγίνεται, ἀγρεῦσαι τὸν φυγάδα βουλόμενος, καὶ ταλαβεῖν τὸ ἴδιον κτῆμα θέλων· οὐ σοβεῖ τῷ φαινομένῳ, ἀλλὰ πρὸς ὁμιλίαν ἐκκαλεῖται τῇ εὐτελείᾳ τοῦ προσώπου· γίνεται σύνδουλος, ἵνα * ἀναδειχθῇ δεσπότης. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος ἔλεγε· τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἰησοῦν ἐνταῦθα λέγει. εἰπέ, τίνα ἡ μήτηρ ἔθετο τὴν προσηγορίαν τῷ βρέφει; καλέσεις γάρ, φησί, τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. ποῦ ὁ διαι-

* ἐξεπέσαμεν

* ἀνένευσε

* τῶν

* ἀναδειχθῇ

ANNO CHRISTI 431.

διαιρῶν τὸν Χριστόν; ποῦ ὁ τὸ μυστήριον ἡμῶν ὁμωνυμίαν ἐργασάμενος; καὶ Χριστὸν μὲν ἕνα λέγων, δύο δὲ ὑποτιθέμενος· τὸν μὲν δοῦλον, τὸν δὲ δεσπότην, τὸν μὲν πάσχοντα, τὸν δὲ μὴ πάσχοντα; τίς ἡ ὄνησις τῆς μιᾶς προσηγορίας, δύο κειμένων πραγμάτων; Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· Ἰησοῦν λέγει τοῦτον τὸν ὁρώμενον, ὃν οὕτως ἐκάλεσεν ἡ παρθένος. τοῦτο φρονείτω ἕκαστος ἐν ἡμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. τί γὰρ ἐφρονήσαμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ; ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. τί ἐστι τὸ λεγόμενον; ὁ ἐξ ἁρπαγῆς ἐλευθερίαν λαβών, οὐδὲν δουλικὸν ὑπομένει, ἵνα μὴ πρόκριμα τῇ ἐλευθερίᾳ ποιήσῃ. τί οὖν αὐτός; ἐπειδὴ τῇ φύσει δεσπότης ἦν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. τὸ γὰρ τῆς οἰκονομίας οὐδὲν ἔβλαψε τὴν θεότητα. ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. εἰπέ μοι τὴν τοῦ μονογενοῦς κένωσιν· εἰ μὴ τὰ ἀνθρώπινα πέπονθε, ποῦ ἐκενώθη; ὅταν δὲ λέγω πεπονθέναι θεόν, φυλάττων τὴν φύσιν ἀπαθῆ λέγω· πάθος γὰρ περιῆψε θεῷ οὐ φύσις παθητή, ἀλλὰ* πρὸς τὸ παθητὸν ἕνωσις. ἐπειδὴ γὰρ ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης συμπαθῆσαι* προσέθετο τῷ οἰ-

est qui Chriſtum diuidit? vbi qui noſtrum hoc myſterium ad homonymiam redegit? vtpote vnum Chriſtum nominans, re ipſa autem duos ponens; alterum ſeruum, alterum dominum; alterum patibilem, alterum impatibilem? Quid proficit vna appellatio vbi duæ res ponuntur? *Hoc*, inquit, *ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu*. Ieſum nominat qui cernebatur, cui Virgo id nominis impoſuerat. Hoc quiuis in ſe ſentiat, quod eſt in Chriſto Ieſu. Quid ergo in Chriſto Ieſu ſenſimus? Nempe quod *cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſe Deo eſſe æqualem.* Quid eſt quod dicitur? Sane qui per rapinam libertate potitur, nihil ſeruile pati ſuſtinet, ne libertati aliquod præiudicium generet. Quid ergo ille? Quoniam natura dominus erat, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. Diſpenſationis enim myſterium diuinitatem non læſit. *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens.* Explana mihi Vnigeniti exinanitionem. Quomodo enim ſe exinaniuit, ſi humana non eſt perpeſſus? Verumtamen cum Deum paſſum dicimus, ſemper naturam illius a paſſione eximimus. Etenim non natura paſſibilis, ſed vnio ad id quod pati poterat, Deum patibilem effecit, [in naturam enim illius paſſio nulla cadit.] Poſteaquam enim miſericors Deus ſeruo compati decreuerat, cum naturæ eſſet impati-

Philipp. 2.

Ibidem.

Ibid.

* ἴσως

* ἴσ. προσίετο

ANNO CHRISTI 431.

bilis, eo quod pati poterat, ſibi vnito, propoſitum ſuum adimpleuit. Ad hunc modum Dominus ad nos acceſſit, eaque ratione ſeruo fugitiuo adſtitit. Vt conſeruus viſebatur, & vt dominus beneficia impartiebatur: ſerui formam præ ſe ferebat, & gratiam vt dominus ſubminiſtrabat: eſuriebat vt ſeruus, & panes multiplicabat vt dominus: vt homo defatigabatur, vt Deus ſuper dorſum maris ambulabat: crucem formidabat vt homo; nam viſibilis naturæ paſſionibus quod cernebatur adſtruebat, & miraculis latentem naturam demonſtrabat. Hoc modo homo apparens nos omnes in ſuam familiaritatem adduxit: Ioannem nobis magiſtrum præfecit tonitrui filium, huic metropoli donatum, communem terrarum orbis theſaurum; qui vnico verſiculo vniuerſam pietatem explicauit: *Verbum*, inquit, *caro factum eſt*. Quod erat, factum eſt caro. Erat quidem per naturam, factum eſt autem per diſpenſationem. Per quod, & cum quo, Patri ſit gloria & imperium cum ſancto Spiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Matth. 4. Ioan. 6. Ioan. 4. Matth. 14. Matth. 16. Marc. 3. Ioan. 1.

κέτη, εἶχε δὲ τὴν φύσιν ἀπαθῆ, ἑνώσας ἑαυτῷ τὸ παθητὸν, τὸν σκοπὸν ἀνεπλήρωσεν. οὕτω παραγέγονεν ὁ δεσπότης· οὕτως ἐπέστη τῷ φυγάδι, ὡς σύνδουλος φαινόμενος, καὶ ὡς δεσπότης εὐεργετῶν· μορφὴν δούλου δεικνὺς, καὶ χάριν δεσπότου χαριζόμενος· πεινῶν ὡς δοῦλος, καὶ ἄρτοις πηγάζων ὡς θεός· κοπιῶν ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ νώτου θαλάσσης βαδίζων ὡς θεός· ὑποστελλόμενος τὸν σταυρὸν ὡς ἄνθρωπος· καὶ γὰρ τοῖς πάθεσιν ἐπιστοῦτο τὸ φαινόμενον, καὶ τοῖς θαύμασιν ἐδείκνυ τὸ κρυπτόμενον. οὕτω φανεὶς ἄνθρωπος ἡμᾶς ἅπαντας εἰς τὴν οἰκειότητα συνήγαγεν. Ἰωάννην ἡμῖν διδάσκαλον ἐπέστησε τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, τὸν κεχαρισμένον τῇδε τῇ μητροπόλει, τὸ κοινὸν τῆς οἰκουμένης κειμήλιον, τὸν ἑνὶ στίχῳ πᾶσαν ἐκθέμενον τὴν εὐσέβειαν. * ὁ λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο· ὁ ὢν ἐγένετο σάρξ· ὢν μὲν διὰ τὴν φύσιν, ἐγένετο δὲ διὰ τὴν οἰκονομίαν. δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* ὁ λόγος, φησὶ,